„hunc meum qualemcumque laborem concludam."
Nemo, inquit Innocentius, *cum expositionem istam audierit, hoc officium sufficienter æstimet expositum; ne fortè cum opus humanum extulerit, divinum extenuet Sacramentum. In hoc enim officio tot et tanta sunt involuta misteria, ut nemo, nisi per unctionem edoctus, ea sufficiat explicare* (31).

---

(31) *Georg. Liturg. Rom. Pontif. tom. 3. lib. 4. cap. 26. num. 6.*

APÉNDICE

DE VARIOS DECRETOS NOVÍSIMOS DE LA CONGREGACION DE SAGRADOS RITOS, CON NOTAS.

I.

Parmensis.

I. Cum Editor Kalendarii Diœcesis Parmensis supplex fuerit ad Sacr. Rituum Congregationem, ut infrascriptum dubium declarare dignaretur scilicet?

An Dominica infraoctavam solemnitatis Corporis Christi, in iis locis, in quibus dicta octava respuit omnia festa, præter illa primæ classis, gaudeat privilegio octavæ, excludendi scilicet nonam lectionem de festo Simplici in ea ocurrente?

Sacra eadem congregatio, exquisita sententia unius ex apostolicarum cæremoniarum Magistris, eaque typis vulgata, referente Emo. et Dño. Card. de Somalia urbis Vicario Sac. Rit. Congregationi Præfecto, rescripsit affirmative. Die 16. Septembris 1801.

En vista de esta resolucion no podemos dexar de remitir á nuestro lector á la página 223. del tomo segundo, y pedirle que lea con atencion toda la nota allí extendida baxo la tabla de la nona leccion del Santo simple, y verá expresamente autorizada toda aquella nuestra doctrina con el presente decreto, destruida la opinion de Cavalieri, y demostrado el error grande en que ha continuado por algunos años el Kalendarista de Madrid, anotando en la Dominica infraoctava del Corpus nona leccion del Santo simple

 ocur-

ocurrente, cuyo error debe ya corregirle en adelante, con la nota contaria en virtud del presente decreto, el qual reducido á sumario dice así:

Dominica infra octavam solemnitatis Corporis Christi, in iis locis in quibus dicta octava respuit omnia festa præter illa primæ clasis, gaudet privilegio octavæ, excludendi scilicet nonam lectionem de festo simplici in ea ocurrente.

II.

Romana, *Ecclesiæ Sancti Ignatii.*

Cum in Ecclesia S. Ignatii urbis expositio Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, quæ dicitur quadraginta horarum singulis fere annis incidat in diem commemorationis omnium fidelium defunctornm, et præses ejus Ecclesiæ anceps hæserit, num liceat, durante tali expositione recitare officium, et celebrare Missas defunctorum in dicta Ecclesia, humillimis precibus petiit à Sacr. Rituum Congregatione resolutionem infrascriptorum dubiorum:

I. An in Ecclesiis, in quibus expositum manet Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum fidelium adorationi in turno perpetuæ orationis, quæ dicitur quadraginta horarum, ocurrente die commemorationis omnium fidelium defunctorum, liceat recitare officium defunctorum, et celebrare Missam solemnem, ac etiam Missas privatas itidem defunctorum?

II. Et quatenus affirmative: an adhiberi debeant paramenta coloris violacei, potius quam coloris nigri?

III. Et an in eodem casu excipiendum sit altare, in quo habetur expositum Sanctissimum Sacramentum?

Et Sacra eadem Congregatio ad oculos habens sententiam duorum sacrarum apostolicarum cæremoniarum

rum magistrorum scripto exaratam, referente Emo. et Rmo. Dño. Cardinali de Somalia, urbis Vicario Sacr. Rituum Congregationi Præfecto, rescribendum censuit, ut infra:

Ad I. affirmative.

Ad II. arbitrio superioris localis.

Ad III. affirmative. Et ita declaravit die 16. Septembris 1801.

La solemnidad de las quarenta horas no es obstáculo para la celebracion del oficio y Misa solemne de la conmemoracion de todos los difuntos, ni tampoco para que puedan decirse las Misas privadas de *Requiem* en qualquiera de los altares, *ménos* en el que está expuesto el Santísimo Sacramento: esta excepcion que aquí consta de la respuesta *Ad III.*, se conforma con otros decretos de la Sagrada Congregacion, que pueden verse en el capítulo IX. del tomo I.º, baxo los números 10. 11. 14. y 15.

III.

Hispalensis.

Cum Rector, et Beneficiarii Ecclesiæ Parochialis, titulo S. Joannis Baptistæ oppidi Ecijæ civitatis nuncupatæ Diœcesis Hispalensis supplices fuerint ad Sacr. Rituum Congregationem pro declaratione sequentis dubii, videlicet. Utrum in dicta Ecclesia Officium S. Joannis Baptistæ titularis sit recitandum, vel Officium Corporis Christi, quando nativitas S. Joannis incidit infraoctavam solemnitatis Sanctissimi Corporis Christi, vel in ipsa die octava, quæ tota privilegiata est in Regnis Hispaniarum? Eadem sacra Congregatio, audita sententia unius ex apostolicarum Cæremoniarum Magistris typorum ope vulgata, referente

 Emo.

Emo. et Rmo. Dño. Card. Mathaejo Ponente, noscens dubium hujusmodi ex eo ortum fuisse, quod reputetur in Regnis Hispaniarum octavam solemnitatis Sanctissimi Corporis Christi ita ex concessione Apostolica esse privilegiatam, ut excludat festa cujuscumque ritus, etiam illa nativitatis S. Joannis Baptistæ, et SS. Apostolorum, Petri, et Pauli si in ea ocurrerint, quod veritati non cohæret, cum Apostolica concessio dicti privilegii illa duo tantum festa excepta voluerit et solum per errorem, forsan ex Amanuensis, vel Typographi oscitantia irrepsum in impressione Apostolicarum Litterarum in forma Brevis diei 5. Martii 1776., existimatum fuisse præfata duo festa excludi à diebus infraoctavam Sanctissimi Corporis Christi: de quo errore certior factus sanct. mem. Pius VI. voluit illius notitiam per epistolam istiusmet Sacr. Rituum Congregationis datam die 16. Decembris 1796. ad Archiepiscopum Pirgiensem tunc apud Regem Catholicum Nuntium Apostolicum evulgari ad universum Hispaniarum Clerum, cum declaratione, quod responsio ab eadem Sacra Congregatione tradita ad primum dubium in Santanderiensi diei 26. Januarii 1793. in quo ipsa præsens quæstio proponebatur, utpote innixa exemplari pariter erroneo tunc exhito præfatarum Litterarum apostolicarum amplius locum non haberet, rescripsit hodie. *Prævio recessu à decisis in supra dicta Santanderiensi ad primum dubium: affirmative ad primam partem, negative ad secundam.* Et ita declaravit, et servari mandavit die 14. Maii 1803.

La carta que aquí se cita dirigida al Nuncio Apostólico, puede verse en la pagina 207 del tomo II,

Or-

IV.

Ordinis Clericorum Regularium Minorum regalis Villæ Matritensis Toletanæ Diœcesis.

Cum Sacerdote Didaco Sanchez Ordinis Clericorum Regularium Minorum Directori Kalendarii Domus ac Ecclesiæ titulo Spiritus Sancti, ejusdem Ordinis Regalis Villæ Matritensis Toletanæ Diœcessis nonnulla occurrerint dubia circa Rubricarum interpretationem, et rationem ordinandi officia in Kalendario, eaque ipse Didacus humillimis precibus declaranda exhibuerit Sacr. Rituum Congregationi quæ quidem dubia sunt infrascripta videlicet:

I. An festa semiduplicia *accidentaliter translata* possint, aut debeant reponi in infraoctavas communes seu non privilegiatas saltem in casu in quo eorum repositio fuerit necessaria ad vitandam ipsorum festorum simplificationem?

II. An translato festo S. Thomæ Apostoli, sicut contingit quoties occurrit in Dominica, si forte non supersit dies libera ad ejus repositionem, possit reponi in altera die, festo semiduplici, aut etiam duplici occurrente simplificato?

III. Cum jam declaratum sit à S. R. C. Dedicationem Ecclesiæ esse *Festum Domini* quæritur: an octava Dedicationis propriæ Ecclesiæ dignior sit octava Conceptionis B. M. V. in Hispania, ubi celebratur ritu duplici primæ classis et quatenus affirmative?

IV. An pariter dignior sit octavis Assumptionis ejusdem B. M. et omnium Sanctorum.

V. An rubrica posita in Breviario, videlicet: *sequens responsorium hæc est vera fraternitas, dicitur post VIII., aut II. lectionem in festo plurimorun Martyrum fratrum*: intelligenda sit nedum de fratribus se-

secundum carnem, sed etiam de ipsis secundum institutum Ordinis Regularis.

VI. Ob occursum festi Triumphi S. Crucis, quod ritu duplici majori in universa Hispania celebratur die 16. Julii, festum B. M. V. de Monte Carmelo perpetuo translatum fuit in diem 18. ejusdem mensis quæ quidem dies nunc in Kalendario Romano assignata est festo S. Camili de Lelis. Hinc ergo exurgit dubium: an ex quo prædicta dies 18. assignata fuit S. Camilo, festum B. M. V. de Monte Carmelo possit ulterius transferri in alteram diem primo non impeditam præcipue ob conformitatem cum Ecclesia universali, uti jam factum est in aliquibus Hispaniarum Ecclesiis?

VII. Cum ex Decreto 6. Januarii 1793. festo duplici Patrocinii S. Joseph concurrenti cum altero festo ejusdem ritus debeantur integræ vesperæ: an eidem festo patrocinii, ubi celebratur ritu duplici secundæ classis, concurrenti cum Sanctis Apostolis Philipo et Jacobo debeantur etiam integræ vesperæ, vel potius integræ debeant persolvi de Sanctis Apostolis.

VIII. An festo Decollationis S. Joannis Baptistæ concurrenti cum alio festo duplici majore debeantur vesperæ integræ, vel potius debeant esse à capitulo de sequenti cum commemoratione præcedentis?

IX. In fine Missalis proprii Sanctorum Hispanorum super collectam *et famulos tuos* adnotantur duo: primum: quando in Missa dicitur oratio *A cunctis*, Collecta dicenda est omissis verbis, *pacem et salutem* usque ad *conterantur* inclusive. Secundum: quando dicitur oratio Ecclesiæ tuæ, dicenda est Collecta omissis ejusdem verbis præter prima, videlicet, *pacem et salutem nostris concede temporibus*: quæritur: an hujusmodi adnotationes innitantur alicui vero Decreto S. R. Congregationis, vel sententiæ privati Doctoris.

X. In quodam Rituali Diœcesano legitur hæc Rubrica: *Dicit Missam de nuptiis ut habetur in Missali Romano*, *nisi eo die fuerit officium duplex ex solemnioribus*, *hoc est primæ aut secundæ classis*; *quia tunc Missa dicitur de festo cum commemoratione nuptiarum*; *additis orationibus* Propitiare, et Deus, qui potestate, *cum cæteris ad nuptias pertinentibus*. *In Missa* pro sponso et sponsa *quamquam* votiva sit *dicit debet* Gloria in Excelsis Deo, *sed non dicitur* Credo, *et in ea dicitur una tantum oratio*, *nisi sit Dominica*, *quia tunc fit commemoratio de ea*; dubium ergo est: an hæc ritualis dispositio quoad ritum dicendi Missam pro sponsis, et quoad dies in quibus dici potest, corrigi debeat juxta Rubricus Missalis Romani, ex juxta Decretum generale S. R. C. 20. Decembris 1783. confirmatum atque præceptum ubique servari à Smo. Dño. Papa Pio VI. die 7. Januarii 1784.

XI. Circa *communicantes* proprium dicendum in festo Pentecostes in quibusdam Missalibus legitur *igneis linguis*: in aliis quam plurimis legitur: *innumeris linguis*, et cum ex hac varia lectione haud modica exorta sit controversia, ad eam dirimendam enixe petimus à S. R. C. quatenus declarare dignetur quænam ex dictis duabus Lectionibus amplecti debeat.

Sacra eadam Congregatio, exquisita sententia unius ex apostolicarum Cæremoniarum Magistris scripto tradita necnon typis impressa, eaque mature perpensa, referente Emo. et Rmo. Dño. Cardin. Hitta, respondit ut infra:

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative: et detur Generale Decretum.

Ad III. Negative et serventur Rubricæ.

Ad IV. Ut ad proximum.

Ad V. Negative.

Ad VI. Negative, et pro festo S. Camilli perpetuo assignetur dies alius non impeditus.

Ad VII. Vesperas integras deberi Apostolis, et Evan-

Evangelistis, ut jam alias fuit decisum in exposita concurrentia.

Ad VIII. Servetur quod in tabella de concurrentia præscribitur.

Ad IX. Pro allatis in dubio variationibus non constare de decreto Sac. Rit. Congregationis.

Ad X. Servetur Rubrica Missalis, et recens Decretum à S. R. C. 20. Decembris 1783. emanatum, et à S. M. Pio VI. confirmatum.

Ad XI. Lectionem *innumeris linguis* esse amplectendam.

Et ita declaravit et servari mandavit. Die 13. Martii 1804.

DECRETUM GENERALE.

Cum nonnullis in Ecclesiis aliquando accidat, ut quædam festa secundæ classis celebrari non possint in die proprio, sed transferri debeant ad alium diem non impeditum juxta Rubricas, et intra annum non supersit ullus dies vacuus, in quo dicta festa reponi possint, Sacr. Rituum Congregatio, referente Emo. et Rmo. Dño. Card. Litta, re mature discussa declaravit, eadem festa transferenda esse in proximiorem diem etiam impeditum festo semiduplici, aut duplici, quod illo anno redigetur ad ritum simplicem; firmis remanentibus aliis declarationibus ab ipsa Sacr. Congregatione emanatis de festis inferioris ritus in simili casu non transferendis, sed ad ritum simplicem redigendis, et ita decrevit, et ubicumque servari mandavit. Die 13. Martii 1804. = *Julius M. Card. de Somalia S. R. Præfectus.* = *J. de Carpineo S. R. C. Secret.*

NOTAS.

Ad I. Que los semidobles perpetuamente trasladados pueden reponerse en los dias de infraoctava comun, ó no privilegiada; es una verdad constante, decidida por la Congregacion de sagrdos ritos: *An festa perpetuo translata, etiam si sint semiduplicia transferri possint in dies infraoctavas non privilegiatas, in quibus fieri deberet de octava, tamquam in dies proprias?* Responsum fuit: *Affirmative.* S. R. C. 7. Decembris 1743. *in Mediolanensi.* Y esta decision se confirmó despues por la misma sagrada Congregacion repetidas veces: 1.° *in Cracoviensi* 22. de Agosto de 1744. 2.° *in Perusina* 28. de Noviembre de 1744. 3.° *in una Venetiarum* de 29 de Abril de 1749. Y segun estos decretos no se puede negar, que aquellas palabras de la Rúbrica VII. num. 4. *etiam translatis*, deben entenderse, no solo de los *dobles*, si tambien de los *semidobles* trasladados; pero con esta diferencia: de los primeros, *de qualquiera modo* trasladados; y de los segundos, solamente siendo de *perpetua* traslacion. Y si Merati siguiendo á su Gavanto defendió lo contrario, fué porque quando escribió sus observaciones, no pudo ver ninguno de los referidos decretos, á cuya presencia hubiera sin duda corregido su opinion, así como la corrigió en su apéndice al tomo 4.° el doctísimo Cavalieri. Siendo pues constantemente cierto que los semidobles *perpetuamente* trasladados se pueden reponer como en dias propios en los de infraoctava comun; aun parece que restaba la duda de si podria hacerse tambien lo mismo con los semidobles *accidentalmente* trasladados; y esta es la duda que se propone en la 1.ª pregunta de nuestra causa. Tratando nosotros de este punto en la página 83 del tomo 2.°, diximos que nos parecia mas probable la parte afirmativa, fundán-

donos en una razon, que entónces independientemente de toda autoridad decisiva, nos pareció convincente. Pero no hay razon que valga á vista de la presente resolucion; y segun ella queremos que sea corregida aquella nuestra particular opinion, miéntras no haya otra disposicion en contrario, como es de esperar. ¿Y por qué no? Con admiracion y asombro hemos observado varias veces haberse simplificado fiestas semidobles en el mes de Febrero; es decir, en el principio del año: y segun vemos multiplicarse en todas partes el número de fiestas nuevamente concedidas, debemos temer que vendrá tiempo en que las fiestas dobles y semidobles reducidas al rito simple de sola conmemoracion, sean tantas ó acaso en mayor número que las que queden en su clase de nueve lecciones. ¿Y qué medio podria darse entónces para remediar un inconveniente de tanta consideracion? No bastando el uso de la facultad concedida en la causa de Santander para suprimir octavas ménos principales, y reducir las fiestas secundarias á sola conmemoracion, seria sin duda necesario en tal caso valerse de uno de dos medios; ó del de la reposicion de fiestas semidobles *de qualquiera modo* trasladadas en dias de infraoctava comun ó del de la reformacion del Kalendario, disponiéndole en otra forma mas comun, con quanta reduccion sea posible del gran número de fiestas propias y particulares. El tiempo dirá si es justo y bien fundado nuestro temor.

Ad II. No contenta la sagrada congregacion con responder *afirmative*, á la duda; mandó que se diese decreto general con que se firmase una regla segura de evitar para siempre el absurdo grande de reducir fiestas de segunda clase al rito simple de sola conmemoracion: absurdo, que con justa razon pondera en su voto el sábio Maestro de Ceremonias con tan enérgicas expresiones, como estas: " Fateor equidem Emi. »Patres id (*S. Thomam simplificandum*) adeo absur- »dum, et dissonum videri, ut potius crederem hanc »quæstionem omittere, quam de ea verba facere. Quis »umquam recte presumere valeat, quod officia secun- »dæ clasis, quæ à rubricis inter majora numerantur, »videlicet festa Apostolorum, qui plantaverunt Eccle- »siam sanguine suo, solemnitates illæ, quæ prævia »vigilia celebrantur, ac denique illa, quæ à populo »coluntur, uti est festum S. Thomæ, præcipuisque »Ecclesiæ ritibus indicta sint, adeo in solemnitate, »et ritu deprimantur, ut cum nullo decreto ipsorum »festis aduc consultum sit, et sit standum ad men- »tem rubricarum, et decretorum, quæ generalem sanc- »torum translationem prospiciunt, ad ritum simpli- »cem, et ad solam commemorationem redigi debeant, »et quasi supprimi? Profecto hæc adeo abssurda, et »dissona comperiuntur, ut vix credi potest, quod in »dubium proponantur. Quid ergo faciendum? Con- »sulendum est huic inordationi, decernendo nimi- »rum novo decreto, ut ubi hujusmodi festorum con- »currentia cum Dominicis Adventus in posterum con- »tingat, illa festa transferantur in primam diem non »impeditam festo superioris tantum ritus, ac propter »ea in primam diem, etiam si impeditam ab alio fes- »to duplici, aut semiduplici, quod illo anno sive sit »semiduplex sive duplex minus, aut majus, ad ritum »simplicem redigi debeat." Véanse las notas que baxo los dias 1. y 22. de Diciembre pusimos en nuestro Kalendario con el mismo fin, y consideracion de evitar el absurdo de la simplificacion de las fiestas de segunda clase:

Ad III. et IV. He aqui por estas dos respuestas derogada ya aquella célebre declaracion de que la dedicacion de la Iglesia es *fiesta del Señor*, declaracion que ha causado tanto ruido entre los sabios por haberles dado materia y ocasion de disputar de varios mo-